

www.e-rara.ch

Dictionarium Latinae linguae Ambrosii Calepini Bergomatis

Calepino, Ambrogio

Basileae, 1544

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-1825>

[X]

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [\[Link\]](#)

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [\[Link\]](#)

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [\[Link\]](#)

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [\[Link\]](#)

Vulsura. r. a. a. uulsum supino uerbi uello, ipsa uulsio. V. arro de re Rustica, cap. 11. Animaduerti licet prius lana uulsuram, quam tonsuram inuentam.

Vultur. & Vulturis, & Vulturius, (ὄρνις) in nominati. dici potest. Ennius, Vulturis in syluis miserum mandabit homonē. Auis rapax, carniuora, a uolatu tardo dicta, quod propter magnitudinē corporis tarde uolet. Plaut. in Truc. Tam qua si uulturij triduo prius praediunabāt, quo die esuriturū sient. De hac aue sic scribit Ambrosius, Negant uultures indulgere concubitu, & iugali quodam usu, nuptialisq; copula forte misceri, atq; sine ullo masculorum concipere semine, & sine coniunctione generare, natoq; ex his in multam aetatem longae uitae procedere, ut usq; ad centum annos uitae eorum series producat. Vulturium hominem, Cic. in Pison. pro rapace dixit. A uulturio fit uulturinus, ut uulturina caro, uulturinum fel, apud Plin. lib. 29. cap. 6.

Vultuosus, (ὄρνις, ὄρνις) tristis. Cice. de Optimo genere dicendi, In quo cum effeceris, ne quid ineptum sit aut uultuosum. Hinc aduerb. uultuosē, (ὄρνις, ὄρνις) quod Donat. usurpat pro eo, quod est indignanter, facie maestā, & fronte subductā, & cum gestu rebus accommodato. Vultuosa frons apud Apul. pro moesta accipitur. ait enim lib. 3. Met. Longē dissimilis aduenit, non laeta facie, sed uultuosa fronte, rugis insurgentibus asseuerabat.

Vultus, (ὄρνις, ὄρνις) a uolo, uis, sicut a colo, cultus, proprie significat uoluntatem hominis, quae pro motu animi in facie ostenditur, cum facies sit ipsa oris species, quae permanet. Vultū sibi fingere multi possunt, faciem nemo. Cic. in Pison. Vultus deniq; totus, qui sermo quidē tacitus mentis est. Lucret. lib. 3. protulit uultū neut. gen. Sed quos utriusq; figura esse uidet mixtum referentes uultū parentum. Vultus autem in nullo animante est, praeter hominem. Huius diminut. est uulticulus, quo usus est Cic. ad Att. lib. 14. Epist. 118.

Vulua, seu Volua, (ὄρνις, ὄρνις) idem quod uterus, & matrix uulgo dicitur, licet falsō, dicta quod fortis inuoluat. In ea enim conceptus fit, & fetus continetur. Hanc multi ex Romanis ex porca in delicijs habuere, quae duplici nomine appellabatur, eieclitia scilicet, & porcaria. Eieclitia, a partu eiecto siue enecto: porcaria, ab edito. Eieclitiam Plinius lib. 11. cap. 37. optimam esse ait, quae fuerit porca occisa, cum eiectus siue enectus est partus. Porcariam, cum editus est, meliorq; erat eius quae peperisset, quam uirginis. Nam a partu statim suem primiparam interficiebant, tum habendae uuluae gratia, tum ut semen optimum efficerent. Mart. Te fortasse magis capiet de uirgine porca, Me materna graui de sue uulua capit. Quandoq; accipitur uulua pro ore uulua. Iuuenal. Adhuc ardens rigida tentigine uulua. Plin. quinae boletorum prorumpentium in oui speciem album illud inuoluerum, Voluam nuncupat.

V A N T E X.

Vxor, (ὄρνις, ὄρνις) quae uiro tradita est. Terentius in Adelph. Vxor sine dote ueniet? Dicitur autem uxor, quasi unxor, ab ungendero. Nam cum puella nubere apud ueteres, ac mariti domum intrarent, axungia postea ungebant, putantes ex hoc omnia mala ab ea domo arceri, uel quod lotos maritos ungebat. Ennius, Exin Tarquinium bona foemina lauit, & unxit. Seruius in Com. libro 4. Aen. sic habet, Mos fuerat, ut nubentes puellae simul cum uenissent ad limen mariti, postea antequam ingredere rentur, ornarent laneis uittis, & oleo ungerent. Et inde uxores dictae sunt, quasi unxores. Plinius quoque scribit, nouas nuptas lupino adipe postea inungere solitas, ne quid mali medicamenti inferretur. Huius diminutiuum est uxorcula, (ὄρνις, ὄρνις) Hierony. ad Ocean. Tu mihi olim emortuam de sepulchro uxoreulam protrahes.

Vxorius. a. u. m. uxorius, quod est uxoris, uel quod ad uxorem

pertinet, ut res uxoria. Cicero tertio Offic. In arbitrio rei uxoriae melius, aequius. Aliquando uxorius, (ὄρνις, ὄρνις) dicitur qui uxori nimis inseruit. Vergilius, Pulchramq; uxorius urbem Extruis.

D E L I T E R A X.



L I T E R A semiuocalis est x, quae uim duplicis consonantis habet, pro qua modo c s, modo g s primitus utebantur, ut apex, grex: pro quibus nunc apex, grex dicimus. Sciendum quod x transit in u consonantem, ut nix, niuis: in et, ut nox noctis, & in aspirationem subit, ut uxo uexi. Quotiescunq; autem praeposuitio Ex, componitur cum dictione incipiente a uocali, uel c, p, t, & s, remanet integra: sed quando cum s, abijcitur s, ut Exaro, exeo, exigo, exoleo, exuro, excutio, explodo, extraho, exequor, expes.

X A N T E A.

Xanthicus, Aprilis mensis Haebraeorum lingua appellatus est.

Xanthos, gemmae nomen, de qua Plin. lib. 37. cap. 10.

X A N T E E.

Xenia, (ξενία) hospitalitas, amicitia exterorum.

Xenium, (ξένιον) dici potest munus hospitalitatis.

Vnde Martialis librum 13. in quo eiusmodi munera distichis describit, Xenia nominauit, quod uersus ipsos pro xenijs mitteret.

Omnis in hoc gracili xeniorum turba libello,

Constabit nummis quatuor empta tibi.

Quatuor est nimium poterit constare duobus,

Et faciet lucrum bibliopola Tryphon.

Haec licet hospitibus pro munere disticha mittas,

Si tibi tam rarus, quam mihi nummus erit.

Huius diminutiuum est xeniolum, paruū xenium. A pualeius, Commodum meridies accesserat, & mittit mihi xeniola porcum opimum, & quinque gallinulas, & uini cadum in aetate preciosi.

Xenodochium, (ξενόδοχον) hospitale, locus publicus, quo peregrini, & hospites hospitaliter recipiuntur. ξενόδοχος receptaculum, quasi hospitium receptaculum. Hieronymus. Xenodochium in portu Romano situm, totus pariter mundus audiuit.

Xenos, (ξένος) Latine hospes, siue peregrinus.

Xerampelinus uestes, (ut inquit Probus) fuerunt ad usum matronarum ampelini coloris, qui inter coccinum & muricū medius est. ξερὰν siccum significat. itaque xerampelinus coloris esse creditur, quem uulgo rosam siccam nominamus. Alij xerampelinas dicunt Latine dici Atromaticas, hoc est, quae colorem atrum, id est nigrum habent.

Xeria emplastra, sicca, sicut Hygremplastra, uocantur liquida emplastra.

Xerolophus, pen. cor. dici potest siccus tunulus. ξερὸς siccus, ὄρνις tunulus. namq; ex lapidibus construi consueuerant principum tumuli.

Xeromyrum, ξερὸν μυρον, unguentum est siccum, ut Hygromyron, (ὄρνις, ὄρνις) liquidum, siccinarum auribus expetitum.

Xerophagium, comestio siccorum ciborum.

Xerophthalmia, (ξερὸφθαλμία) arida lippitudo, cum nec tumens, nec fluunt oculi, sed grauescunt.

X A N T E I E T Y.

Xiphis, (ξίφος) significat ensē. Vnde xiphia, (ξίφος) stella ex cometarum genere in mucrones fastigiata.

Xylinum, (ξύλον) quod & Xylon dicitur, id est, quod uulgares Bambatium dicunt. Vnde xylina uestes, Galliae cotton.

Xylolabium, lignum balsami, de quo Diosc. lib. 1. cap. 18.

Xylolabium, lignum balsami, de quo Diosc. lib. 1. cap. 18.

Xylolabium

Xylōcāsiā lignum casia.

Xylōn. ξύλον lignū dicitur. Vnde xylobalsamū, lignū balsami. Xylōphāgus. pen. cor. uermis qui albus, obesus, nigri lloq̄ capite est, ac nascitur in lignorum carie, lignum corrodens. In Ponto & Phrygia comeditur, ut auctor est Hieronymus contra Ioum. Et quomodo (inquit) apud nos ficedula & attagen, mulus & scarus in delicijs computantur, ita apud illos ξυλοφάγοι comeditur, luxuria est.

Xystus, (ξύστος) à Græcis dicitur porticus ampla latitudine, exercitationi accommodata, in qua athletæ per hyberna tempora exercentur, inquit Virruuius lib. 6. Hinc xystici, (ξύστικοί) dicuntur athletæ in xystis pugnant. hoc est per se hyemem sub tecto exercentes. Suet. in Augusto, Nec tamen eo minus ad xysticorum certationes, aut gladiatorum pugnas seuerissimè semper exegit. Xystici etiam dicuntur, qui xysto ludunt. Significat enim xystos spiculum, uel hastile, telum. Vnde Xystophorus, (ξύστοφορός) Latini spiculator. Intra dum xystus ponitur pro ambulatione, in qua arbuscule sunt in plurimas species effigiatae. Plinius, Ante cryptoporticum xystus est uiolis odoratus. Alter Plin. lib. 7. Epist. Ante porticum xystus concisus in plurimas species, distinctusq̄ buxo. Idem, Non tam statuarum, & tabularum pictarum ornatu ædes suas, quàm xystis & nemoribus excoluit. Virru. Latini xysta, ambulationes appellant, quas Græci ξυστοειδῆς dicunt. Cic. in Brut. Cum ambularem in xysto, & essem ocio sus domi. Xystus igitur & Xystum apud Latinos significatio differunt, licet Græcè sint idem. Nam quæ sub dio sunt ambulationes, siue athletarum arena, xysta quæ sub tecto, xystos appellant Latini. Quando uero xystus adiectiuū est, significat ornatum, tersum, politum.

DE LITERA Z.



LITERA muta est, pro qua primitus nonnunquam simplex s. ut sacinus pro saxinus, sethus pro zethus, quandoq̄ duplicatum scribebamus, ut patrisso pro πατρίσσα, ptyssso pro πτυσσώ. Aliquando pro d ponebamus, ut Medentius pro Mezentiur.

Zathene, gemma est, modò nigri, modò flauī electri colore.

Z ANTE B.

Zēa. ζῆα. genus frumenti, simile farri, quæ uulgò spelata dicitur. Duo eius genera tradit Dioscorides libro 2. capite 20. Ex hac sit aliea. Ex zeatico, hordeaceo ue cibario, qui sunt principum equisones, equos alere consueuerunt.

Zedōros. ζεδωρός. dicitur terra zeam donans.

Zelo. as. & zelor deponens, significat emulor. Augustin. lib. 1. Confess. Vidi ego & expertus sum, zelantem paruulū, nec dum loquebatur, & incuebatur pallidus amaro conspectu collataneum suum. Ponitur interdum zelari, pro irasci, secundum illud quod per Prophetam dicitur, Indignatione magna zelatus sum Sion. Et zelare, est imitari, ut illud, Neque zelaueris facientes iniquitatem.

Zelōtes, (ζηλωτές) pen. prod. idem est quod emulor. Vnde Simon apostolus dicitur est zelotes. Quandoq̄ dicitur amator, qui nullum in amore fert riualet. Et sic Dominus nosster appellatur, quoniam ita nos amat, ut nolit fornicari post deos alienos.

Zelōtūpiā, (ζηλωτοπία) ægritudo animi ex eo proueniens, quod timeat, ne ad sit alteri, quod cum nemine uelit habere commune. Cic. 4. Tusc. Obreclatio autem est ea, quam intelligi zelotypiam uolo, ægritudo ex eo quod alter quoc̄q̄ potiatur eo, quod ille ipse concupierit.

Zelōtūpūs, (ζηλωτοπύς) pen. cor. zelator, seu emulor formæ. Nā sicut emulatio est: τύπος forma, qui igitur ita amat, ut sollicitus sit, ne quis amore suo perfruat, zelotypus est.

Luena. Satyra quinta, Ponere zelotypo iuuenis prelatas Hiarbæ.

Zelus. ζῆλος. modò inuidiam, modò amorem, modò emulationem significat.

Zephyrius, (Ζηφύριος) adiectiuum, ut Zephyria oua, quæ uento admouentur, ut ab eo indicationem bonitatis accipiant. Plin. lib. 10. cap. 60. Quidam & uento putant ea generari, quæ de causa etiam Zephyria appellantur.

Zeros, crystalli species est, alba ac nigra macula distinguente crystallum. Plin. lib. 37. cap. 9.

Zētā, & ζετικῶν, diminit. apud Plin. in Epist. Et at locus ea pax unius lecti, cum sellis duabus: qui uelis obductis, & reducis modò adijcitur cubiculo, modò aufertur. Nomen deductum, quoniam tribus è partibus fenestras & prospectus habeat, atq̄ solem multipliciter accipiat, quasi & ζῆτα quod est, feruere. Quando & heliocaminus in ipsa zeta ponitur, hoc est, ut uaporarium quoddam solare, non ad ignis usum, sed ad Solis, uel id quod uulgò luminare dicitur, & in Paduana Gallia lucerio, uel & ζῆτα, quod in ea commodissime uiuatur, ut quam delicias & amores suos uocet Cæcilius, sicut à conuersatione, uicūq̄ diæta. De heliocamino Vlpianus in Seruitutib. urbanis, Si arbor (inquit) heliocamiano, uel solaris solem adimat, dicendum erit, quia umbram facit in loco, cui Sol fuit necessarius, contra seruitutem impostum fieri. De zeta, Lamprid. Indicos odores Helioabalus ad uaporandas zetas sine carbomb. iubebat incendi. De zeta Plin. Mox zeta cula refugit quasi cubiculum.

Zēgites, (Ζηγίτες) calami, arundinisq̄ seu tibia genus, à paritate dictum, quod eo duplices fiebant tibiae.

Zēgmā, atis. (Ζηγμᾶ) Latine connexio, siue adiunctio dicitur. Figura cum plures sensus uno connectuntur uerbo, quod tribus modis sit, aut præposito uerbo, ad quod reliqua respiciant: ut, Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia: aut uerbo postposito: ut, Neque is es Catilina, ut te aut pudor à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore reuocaret: aut in medio sensuum posito uerbo: ut, Troiis gena interpres diuūm, &c. Aeneid. 3.

Z ANTE I.

Zīgnis, lacertæ species. ζῆλαξ Ἰβηρῶν. Zimilaces, lapillus qui in Euphrate nascitur, in medio glaucus. Alijs zimilaces dicitur, sine i, in prima syllaba, idq̄ melius, uide Plin. lib. 37. cap. 10.

Zizāniā, mīæ. & Zizaniū, zizaniū. ζιζάνιον, quid significet, Ambrosius lib. Hexam. declarat dicens: Lolium, et reliqua adulerina semina, quæ frugibus sæpe miscentur, zizania nuncu pari Euangelijs lectione cognouimus sed ea proprium quoddam genus habent. Nam ex tritici semine in aliud genus feminis decolora mutatione translata, degenerem traxere naturam. Hoc docet Dominus dicens: Venit inimicus, & super seminauit zizania inter triticum.

Zinzībēr, (ζιζιβήρ) radix, & apud nos immutatis literis dicitur mus genziber. Plin. lib. 12. cap. 7.

Ziziphus, pen. cor. genus arboris, quam nostrates Zibebos uocant. Zizipha, fructus dicitur. Plin. libro 15. cap. 14. Acque peregrina sunt zizipha, & tuberes, quæ ipsa non pridem uenerunt in Italiam, hæc ex Aphrica, illa ex Syria.

Zmilaces. uide Zimilaces.

Z ANTE O.

Zōdiacus, (ζωδιακός) pen. cor. dici potest animalis, ab effigie animalium. Nam circulus est maior, obliquus, æquinoctialis in partes æquales secans, cuius una medietas ad Septentrionem, reliqua ad Austrum declinat, in quo duodecim signa sunt, in formam animalis figurata, ut Aries, Taurus. Græcè enim ζῶα animalia dicuntur. Alexander autem Aphrodisæus dicit, Galaxiam circulum uerum esse in celo, & subdit in Commentarijs Meteorologia